
Decisiones del Supremo Tribunal de la Signatura Apostólica

Publicamos a continuación el texto original y la traducción castellana de dos decisiones del Tribunal Supremo de la Signatura Apostólica, ambas de 3 de diciembre de 2005. Se trata concretamente de dos decretos definitivos del Colegio, que resuelven sendos recursos contra los respectivos decretos por los que el Congreso rechazaba la admisión a estudio del recurso contencioso-administrativo. En ambos casos la materia de que se trata es la remoción de párrocos, y el contencioso-administrativo es interpuesto por el párroco removido tras la resolución desfavorable del recurso jerárquico contra el decreto originario de remoción por parte de la Congregación para el Clero.

Prot. N. 35758/04 CA
Amotionis parochi
(Rev.dus N. - Congregatio pro Clericis)

Prot. N. 35758/04 CA
Amotionis parochi
(Rvdo. N. – Congregación para el Clero)

DECRETUM DEFINITIVUM IN NOMINE DOMINI. AMEN

BENEDICTO PP. XVI feliciter regnante, Pontificatus sui anno I, die 3 decembris 2005, Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal, videntibus Em.mo ac Rev.mo D.no Ioanne Ludovico Card. Tauran, atque Exc.mis ac Rev.mis D.nis Augustino Vallini, Praefecto, Eduardo Davino, Henrico Mussinghoff, Ponente, et Xaverio Echevarría Rodríguez, intervenientibus Cl.ma M. Wegan, utpote Recurrentis Patrona, Rev.do N. Schöch,

DECRETO DEFINITIVO EN EL NOMBRE DEL SEÑOR. AMÉN

Reinando felizmente el Papa Benedicto XVI, en el primer año de su pontificado, el día 3 de diciembre de 2005, el Supremo Tribunal de la Signatura Apostólica emitió este Decreto definitivo en la causa arriba citada, vista por el Emmo. y Rvdmo. Sr. Jean-Louis Card. Tauran y los Excmos. y Rvdmos. Sres. Agostino Vallini, Prefecto, Eduardo Davino, Heinrich Mussinghoff, Ponente, y Javier Echevarría Rodríguez, con

O.F.M., tamquam Patrono Congregationis pro Clericis, et Rev.do A. D'Auria, Promotore Iustitiae deputato, in causa de qua supra, hoc definitivum tulit decretum.

I. FACTI SPECIES

1. Rev.dus N., sexaginta quinque annos natus, parochus S. Theresiae, die 17 aprilis 2003 ab Exc.mo Archiepiscopo invitatus ut officio parochi renuntiaret, die 15 maii 2003 respondit se illam renuntiationem tantum sub condicione oblaturum esse, atque notulam adiunxit, a medico suo die 29 augusti 2002 exaratam, qua propter diuturnam curationem enixe commendabatur ut ipse infirmitatis causa a muneribus vacare posset. Exc.mus autem Praesul condiciones a Rev.do N. propositas inacceptabiles habuit, scilicet ut post renuntiationem acceptatam adhuc usque ad septuagesimum quintum annum in paroecia manere, ibique curam pastorem exercere et actiones liturgicas peragere posset.

Re exinde cum duobus parochis rite discussa, Exc.mus Archiepiscopus, epistola die 13 iunii 2003 data, Rev.do N. suasit ut intra tempus quindecim dierum renuntiaret, sed hic die 21 iunii prorogationem termini ad respondendum petiit, quam vero Exc.mus Archiepiscopus non concessit, eo quod Rev.dus N. haudquaquam impeditus erat ad scripte respondendum.

Termino statuto inutiliter elapso, Exc.mus Archiepiscopus die 7 iulii 2003 invitationem iteravit, prorogando tempus utile ad respondendum usque ad diem 17 iulii 2003. Quia nullam responsionem recepit, idem Exc.mus Archiepiscopus die 21 iulii 2003 decretum amotionis, motivis suffultum, tulit. Die autem 1 augusti

la intervención de la ilustre M. Wegan, como Patrona del Recurrente, del Rvdo. N. Schöch, O.F.M., como Patrono de la Congregación para el Clero, y el Rvdo. A. D'Auria, Promotor de justicia designado.

I. FACTI SPECIES

1. El Rvdo. N., de sesenta y cinco años, párroco de Sta. Teresa, invitado por el Excmo. Arzobispo el 17 de abril de 2003 a que renunciara al oficio de párroco, respondió el 15 de mayo de 2003 que presentaría esa renuncia solamente bajo condición, y adjuntó una breve nota redactada por su médico el 29 de agosto de 2002, en la que este recomendaba encarecidamente que si era posible dejara sus oficios por enfermedad, para seguir un tratamiento prolongado.

El Excmo. Prelado consideró inacceptables las condiciones propuestas por el Rvdo. N., a saber: que, después de aceptada la renuncia, pudiera permanecer todavía hasta los setenta y cinco años en la parroquia, ejercer allí cura pastoral y celebrar las acciones litúrgicas.

Por consiguiente, tras discutir la cuestión con dos párrocos, como es preceptivo, mediante carta fechada el 13 de junio de 2003, el Excmo. Arzobispo aconsejó al Rvdo. N. que renunciara en el plazo de quince días, pero éste pidió el 21 de junio una prórroga del plazo para responder, que el Excmo. Arzobispo no concedió porque el Rvdo. N. no estaba de ningún modo impedido para responder por escrito.

Transcurrido inútilmente el plazo fijado, el Excmo. Arzobispo reiteró la invitación el día 7 de julio de 2003, prorrogando el plazo útil para responder hasta el 17 de julio de 2003. Puesto que no recibió respuesta alguna, el Excmo. Arzobispo emitió el decreto de remoción, con expresión de los

2003 Rev.dus N. revocationem illius decreti scripto ab eius auctore petiit.

2. Procedura dein valde implexa facta est. Reapse tria decreta amotionis ex parte Exc.mi Archiepiscopi lata sunt, adversus quae Rev.dus N., eorum revocatione frustra petita, intra terminos iure statutos ad Congregationem pro Clericis recurrit, quae autem die 5 ianuarii 2004 recursum reiecit.

3. Qua decisione die 3 februarii 2004 notificata, Rev.dus N. die 2 martii eiusdem anni recursum coram H.S.T. interposuit. Sueta disceptatione inter Cl.mos Patronos partium et Rev.dum Promotorem Iustitiae deputatum rite habita, Congressus Nostri Dicasterii die 16 decembris 2004 decrevit: «Recursum non esse admittendum et de facto non admitti ad disceptationem coram Em.mis et Exc.mis Iudicibus, quippe qui manifeste quovis careat fundamento».

4. Contra hanc decisionem Cl.ma Patrona Rev.di N. die 4 martii 2005 ad cautelam recursum ad Nostrum Collegium interposuit, quem Rev.dus Recurrens cum litteris et documentis dierum 4 et 12 aprilis anni labentis confirmavit.

Cl.ma Patrona Recurrentis die 4 aprilis 2005 memoriale pro Rev.do Recurrente et Rev.dus Promotor iustitiae deputatus die 5 maii eiusdem anni votum pro rei veritate porrexerunt.

Nunc autem Nobis decidendum est: An Decretum Congressus, die 16 decembris 2004 latum, in casu, reformandum sit.

II. IN IURE ET IN FACTO

5. Causa in parochis amovendis est procedura administrativa, non autem processus contentiosus. Can. 1740 pronuntiat: «Cum alicuius parochi ministerium ob ali-

motivos. El día 1 de agosto de 2003 el Rvdo. N. solicitó por escrito la revocación de ese decreto a su autor.

2. Desde ese momento se siguieron unas actuaciones muy enmarañadas. En síntesis, el Excmo. Arzobispo dictó tres decretos de remoción, contra los cuales, después de pedir en vano su revocación, el Rvdo. N. recurrió, dentro de los plazos establecidos por el derecho, a la Congregación para el Clero, que rechazó el recurso el 5 de enero de 2004.

3. Notificada esa decisión el 3 de febrero de 2004, el Rvdo. N. interpuso recurso ante este Supremo Tribunal el día 2 de marzo del mismo año. Debidamente celebrado el acostumbrado debate entre los ilustres Patronos de las partes y el Rvdo. Promotor de justicia designado, el Congreso de nuestro Dicasterio decretó el 16 de diciembre de 2004: «Que el recurso no debe admitirse y en efecto no se admite para ser discutido ante los Emmos. y Excmos. Jueces, ya que carece manifiestamente de todo fundamento».

4. La ilustre Patrona del Rvdo. N. interpuso cautelarmente recurso a Nuestro Colegio contra esta decisión, el 4 de marzo de 2005, y el Rvdo. Recurrente confirmó ese recurso con cartas y documentos de 4 y 12 de abril del año en curso.

La ilustre Patrona del Recurrente presentó el 4 de abril de 2005 su memorial por parte del Rvdo. Recurrente y el Rvdo. Promotor de justicia designado, el voto *pro rei veritate* el 5 de mayo del mismo año.

Ahora, pues, hemos de decidir: Si ha de reformarse en el caso el decreto dado por el Congreso el 16 de diciembre de 2004.

II. IN IURE ET IN FACTO

5. La actuación para remover a los párrocos es un procedimiento administrativo,

quam causam, etiam citra gravem eius culpam, noxium aut saltem inefficax evadat, potest ipse ab Episcopo dioecesano a paroecia amoveri». Mens huius legis est ministerium parochi non noxium aut inefficax fieri vel manere, et quidem ad tutelam fidelium et unitatis et communitatis paroecialis, quia salus animarum in Ecclesia suprema semper lex esse debet. Sufficit «aliqua causa»; causa vero amotionis debet esse gravis, duratura et plene probata (cf. can. 193). Causae in can. 1741 exemplariter enumerantur et de eis Episcopus, post consultationem, de qua in can. 1742, decidit.

6. *Cursus terminorum utilium*, de quibus supra, in casu haudquaquam interruptumpebatur (cf. can. 201, § 2) ob Rev. di N. condicionem salutis minus firmam, nam illa condicio nullo modo talis fuisse demonstratur ut impediret quominus ipse in procedura amotionis sufficienter agere valeret, uti patet ex epistolis ab eo ad Exc. mum Archiepiscopum datis sive ante sive statim post decretum amotionis latum.

Recte Congressus relate ad alteram ut renuntiaret invitationem, per litteras tam commendatas cum syngraphe receptionis quam ordinarias ab Exc. mo Praesule die 7 iulii 2003 Rev. do N. missam, demonstrat quod, quamvis illae litterae commendatae de facto ad Rev. dum N., saltem ob eius neglegentiam, non pervenerint atque Exc. mo Archiepiscopo a cursu publico remissae sint, ipsae nihilominus eidem Parocho utcumque tamquam legitime notificatae censendae sunt (cf. ex analogia cann. 56 et 1510). Illarum litterarum de facto receptionis defectus exinde in casu invocari nequit uti legitimum impedimentum, quo-

no un proceso contencioso. El 1740 dice: «Cuando, por alguna causa, aun sin culpa grave del interesado, el ministerio de un párroco resulta perjudicial o al menos ineficaz, este puede ser removido de su parroquia por el Obispo diocesano». La mente de esta ley es que el ministerio del párroco no devenga o permanezca nocivo o ineficaz, y ello para tutela de los fieles y de la comunidad parroquial, porque la salvación de las almas debe ser siempre la ley suprema en la Iglesia. Basta «alguna causa»; pero la causa de remoción debe ser grave, duradera y plenamente probada (cfr. c. 193). En el c. 1741 se enumeran causas a modo de ejemplo y el Obispo decide acerca de ellas tras la consulta que indica el c. 1742.

6. El delicado estado de salud del Rvdo. N. no interrumpía en modo alguno, en el caso, el transcurso de los plazos útiles (cfr. c. 201 § 2), de los que antes se ha hablado, pues de ningún modo se demuestra que ese estado fuera tal que impidiera que este pudiera actuar suficientemente en el procedimiento de remoción, como resulta patente por las cartas por él escritas al Excmo. Arzobispo, tanto antes como inmediatamente después de que diera el decreto de remoción.

El Congreso demuestra acertadamente, respecto a la segunda invitación para que renunciara, enviada al Rvdo. N. por el Excmo. Prelado el 7 de julio de 2003 por cartas tanto certificadas con acuse de recibo como ordinarias, que, aunque esas cartas no llegaron de hecho al Rvdo. N., al menos por negligencia suya, y fueron devueltas al Excmo. Arzobispo por el servicio público de correos, han de considerarse, sin embargo como legítimamente notificadas al mismo Párroco (cfr. por analogía cc. 56 y 1510). Por tanto, la falta de recepción de aquellas car-

minus Rev.dus N. intra terminum statutum respondere posset.

Neque laesum est ius defensionis Rev.di Parochi, etsi ipse contendit se acta procedurae amotionis invisere non potuisse. E contra, Exc.mus Archiepiscopus ei scripserat quod acta amotionis invisere poterat, sed ipse id non fecit.

Decretum amotionis diei 21 iulii 2003, dein haud revocatum, ab Exc.mo Archiepiscopo ad normam can. 1744, § 2 latum est, quin ulla habeatur violatio legis in procedendo (cf. cann. 1742-1744). Relate, vero, ad omnes actus posteriores Exc.mi Archiepiscopi eiusque Rev.mi Vicarii Generalis omnino recte in impugnato Congressus decreto invocatur principium: «quod abundat non vitiat».

Quae cum ita sint, in casu de violatione legis in procedendo fieri nequit sermo.

7. Sufficit unam causam pro amotione demonstrare, quia Episcopus dioecesanus solummodo «aliquam causam» indicare et probare debet. Inter motiva, in decreto amotionis die 21 iulii 2003 ab Exc.mo Archiepiscopo lato adducta, habetur permanens Rev.di N. infirmitas, quae non solum ex attestazione medica, ab ipso sacerdote die 15 maii 2003 oblata, verum etiam ex conditione salutis minus firma decursu totius procedurae amotionis ab ipso iactata satis probatur. Ad rem nihil refert nova attestatio medici S. diei 21 martii 2005, qui declarat se Rev.dum N. ab anno 1999 nosse atque eum solummodo ab annis 2002-2003 propter vexationes cum Archiepiscopo et curia aegrotum esse, quia medicus B. die 29 augusti 2002 attestabatur Rev.dum N. iam ab annis in sua permanenti cura medicali esse et se ei propter deficientem salutem consilium dedisse ut in statum quiescentiae iret. Me-

tas en el caso no puede invocarse como legítimo impedimento para que el Rvdo. N. pudiera responder en el plazo establecido.

Tampoco se lesionó el derecho de defensa del Rvdo. Párroco, aunque él afirma que no pudo tener acceso al expediente del procedimiento de remoción. Por el contrario, el Excmo. Arzobispo le había escrito que podía revisar el expediente de remoción, pero él no lo hizo.

El decreto de remoción de 21 de julio de 2003, no revocado posteriormente, fue emitido por el Excmo. Arzobispo conforme al c. 1744 § 2, sin ninguna violación de ley en el procedimiento (cfr. cc. 1742-1744). Por lo que respecta a todos los actos posteriores del Excmo. Arzobispo y de su Revmo. Vicario General, con toda razón se afirma en el decreto impugnado del Congreso el principio: «quod abundat non vitiat».

Por tanto, no puede hablarse, en el caso, de violación de ley *in procedendo*.

7. Basta con demostrar una causa para la remoción, puesto que el Obispo diocesano solamente debe indicar y probar «alguno causa». Entre los motivos aducidos por el Excmo. Arzobispo en el decreto de remoción de 21 de julio de 2003, se cuenta una permanente enfermedad del Rvdo. N., que resulta suficientemente probada no solo por el testimonio médico ofrecido por el propio sacerdote el 15 de mayo de 2003, sino también por el delicado estado de salud que él mismo alegó durante todo el procedimiento de remoción. No aporta nada al asunto el nuevo testimonio del médico S., de 21 de marzo de 2005, en el que declara que conoce al Rvdo. N. desde el año 1999 y que este solo ha estado enfermo desde 2002-2003 a causa de los disgustos con el Arzobispo y la curia, ya que el médico B. testimoniaba el 29 de agosto de 2002 que el

dicus S., ceterum, non remanet in re medicinali, sed etiam criticas animadversiones profert ad amotionis proceduram quod attinet, seu de re in qua non ipse est peritus. Exc.mus autem Archiepiscopus rite probavit in casu adesse causam amotionis, de qua in can. 1741, n. 2.

Itaque neque violatio legis in decernendo ullo modo sustinetur in casu.

III. CONCLUSIO

8. Omnibus sive in iure sive in facto aequae rimatis, infrascripti Patres pro Tribunali sedentes ac solum Deum prae oculis habentes, dubio proposito respondendum decreverunt ideoque facto respondent:

Negative, id est Decretum Congressus, die 16 decembris 2004 latum, in casu, non esse reformandum.

Pro expensis retinetur cautio a Rev.do Recurrente in arca H.S.T. deposita. Partes suo quaeque Cl.mo Patrono congruum solvant honorarium.

Ita pronuntiamus ac statuimus, mandantes iis quorum interest, ut hoc Nostrum definitivum decretum executioni tradant, ad omnes iuris effectus.

Datum Romae, e sede Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis, die 3 decembris 2005.

(Signati) Ioannes Ludovicus Card. Tauran

† Augustinus Vallini, *Praefectus*

† Eduardus Davino

† Henricus Mussinghoff, *Ponens*

† Xaverius Echevarría Rodríguez
Notificetur.

Die 17 februarii 2006.

† Velasius De Paolis, C.S., *Secretarius*

Paulus Malecha, *vices Praepositi Cancellariae gerens*

Rvdo. N. estaba ya desde años atrás sometido a su tratamiento permanente y que le había aconsejado reposo. Por otra parte, el médico S. no se atiende a las cuestiones médicas, sino que también expresa observaciones críticas respecto al procedimiento de remoción, cuestión en la que no es perito. El Excmo. Arzobispo, por tanto, probó adecuadamente que en el caso se daba la causa de remoción que recoge el c. 1741,2º.

Así pues, tampoco se sostiene de ningún modo en el caso la violación de ley *in decernendo*.

III. CONCLUSIÓN

8. Habiendo considerado convenientemente todas las cuestiones de hecho y de derecho, los Padres que se enumeran más abajo, constituidos en Tribunal y teniendo en cuenta solo a Dios, han decretado que debían responder, y en efecto responden al *dubio* propuesto:

Negativamente, es decir, no debe reformarse en el caso el Decreto del Congreso dado el 16 de diciembre de 2004.

Se retiene, en calidad de costas, la caución depositada por el Rvdo. Recurrente en las arcas de este Supremo Tribunal. Cada una de las partes debe pagar los honorarios de su ilustre Patrón.

Así lo pronunciamos y establecemos, mandando a todos los interesados que ejecuten este Nuestro decreto definitivo, a todos los efectos jurídicos.

Dado en Roma, sede del Tribunal Supremo de la Signatura Apostolica, el día 3 de diciembre de 2005.

(Siguen los nombres y firmas de los Jueces)

Notifíquese

17 de febrero de 2006

(Siguen el nombre y firma del Secretario y los del Canciller en funciones)

Prot. N. 34916/03 CA

Amotionis

(Rev.dus N. – Congregatio pro Clericis)

DECRETUM DEFINITIVUM
IN NOMINE DOMINI. AMEN

BENEDICTO PP. XVI feliciter regnante, Pontificatus sui anno I, die 3 decembris 2005, Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal, videntibus Em.mo ac Rev.mo D.no Ioanne Ludovico Card. Tauran, atque Exc.mis ac Rev.mis D.nis Augustino Vallini, Praefecto et Ponente, Eduardo Davino, Henrico Mussinghoff et Xaverio Echevarría Rodríguez, intervenientibus Cl.ma M. Wegan, utpote Recurrentis Patrona ex officio, Cl.mo C. Gullo, tamquam Patrono Congregationis pro Clericis, et Rev.do E. Baura, Promotore Iustitiae deputato, in causa de qua supra, hoc definitivum tulit decretum.

I. FACTI SPECIES

1. Rev.mus Ordinarius die 22 novembris 2002 decretum amotionis protulit adversus Rev.dum N., Parochum parrociae Sancto Iacobo Apostolo dicatae, ad normam can. 1741, n. 1, quia modus eius agendi grave causabat detrimentum

Prot. N. 34916/03 CA

Amotionis

(Rvdo. N. – Congregación para el Clero)

DECRETO DEFINITIVO
EN EL NOMBRE DEL SEÑOR.
AMÉN

Reinando felizmente el Papa Benedicto XVI, en el primer año de su pontificado, el día 3 de diciembre de 2005, el Supremo Tribunal de la Signatura Apostólica emitió este Decreto definitivo en la causa arriba citada, vista por el Emmo. y Rvdmo. Sr. Jean-Louis Card. Tauran y los Excmos. y Rvdmos. Sres. Agostino Vallini, Prefecto y Ponente, Eduardo Davino, Heinrich Mussinghoff, Ponente, y Javier Echevarría Rodríguez, con la intervención de la ilustre M. Wegan, como Patrona de oficio del Recurrente, del ilustre C. Gullo, como Patrono de la Congregación para el Clero, y el Rvdo. E. Baura, Promotor de justicia designado.

I. FACTI SPECIES

1. El Rvdmo. Ordinario emitió, el 22 de noviembre de 2002, decreto de remoción contra el Rvdo. N., Párroco de la parroquia dedicada a Santiago Apóstol, conforme al c. 1741,1º, porque su modo de actuar causa-

communione ecclesiasticae eiusve perturbationem.

Rev.dus Recurrens enim, durante munere parochi, uti ex actis summarii longe lateque constat, multa fecerat ecclesiasticae disciplinae aliena, tum declarationibus haud paucis contra Ecclesiae magisterium et contra personas in dignitate ecclesiastica constitutas, tum participatione in dissentaneis manifestationibus, non obstantibus prohibitionibus sui Ordinarii. Quae omnia in mediis communicationis socialis ample divulgata sunt.

Tam revocationem decreti, de qua in can. 1734 § 1, die 6 decembris 2002 quam eius suspensionem subsequenti die 8 decembris ab amoto Parocho petitam, idem Rev.mus Ordinarius die 12 decembris 2002 reiecit, recursui hierarchico ita iter aperiens. Quem Rev.dus N. penes Congregationem pro Clericis die 27 decembris 2002 proposuit «per motivi di coscienza», quia «nell'esercizio dei suoi compiti pastorali diocesani, [Rev.mus Ordinarius] pretend[er]e a gran torto di trasferire criteri e regole dell'obbedienza religiosa [...] nel governo dei parrocchiani e del presbiterio». Sanctae Sedis Dicasterium, tamen, die 26 maii 2003 recursum reiecit utpote «manifestamente infondato». Rev.dus Recurrens tunc hanc decisionem, die 7 iunii 2003, penes N.S.T. impugnavit, petens quoque ut sibi daretur gratuitum patrocinium, quod concessum fuit.

Re discussa inter Cl.mos Patronos et Rev.dum Promotorem Iustitiae deputatum, recursus in Congressu, die 28 octobris 2004 habito, ad disceptationem coram Em.mis et Exc.mis Iudicibus ad-

ba grave detrimento o perturbación de la comunión eclesiástica.

El Rvdo. Recurrente, según consta ampliamente en autos, mientras desempeñó el oficio de párroco hizo muchas cosas ajenas a la disciplina eclesiástica, tanto con no pocas declaraciones contra el magisterio de la Iglesia y contra personas constituidas en dignidad eclesiástica, como con su participación en manifestaciones de protesta, pese a las prohibiciones de su Ordinario. Todo ello fue ampliamente divulgado en los medios de comunicación.

El 12 de diciembre de 2002, el Rvdm. Ordinario rechazó, tanto la revocación del decreto que prevé el c. 1734 § 1, como su suspensión, que habían sido solicitadas el 8 de diciembre por el Párroco removido, y abrió así el camino al recurso jerárquico. El Rvdo. N. lo interpuso ante la Congregación para el Clero el 27 de diciembre de 2002 «por motivos de conciencia», porque «en el ejercicio de sus responsabilidades pastorales diocesanas [el Rvdm. Ordinario] pretende contra todo derecho transferir criterios y reglas de la obediencia religiosa [...] al gobierno de los feligreses y del presbiterio». Sin embargo el Dicasterio de la Santa Sede, el 26 de mayo de 2003, rechazó el recurso como «manifestamente infundado». Entonces, el 7 de junio de 2003, el Rvdo. Recurrente impugnó esa decisión ante nuestro Supremo Tribunal, solicitando también que se le concediera el patrocinio gratuito, que le fue concedido.

Discutida la cuestión entre los ilustres Patronos y el Rvdo. Promotor de justicia designado, el recurso, en el Congreso celebrado el 28 de octubre de 2004, no fue admitido para ser discutido ante los Emmos. y Excmos. Jueces, «ya que carece manifestamente de todo fundamento».

missus haud est, «quippe qui manifeste quovis careat fundamento».

Quod adversus decretum Cl.ma Patrona partis recurrentis, die 18 decembris 2004, recursum interposuit ad Collegium Patrum: a) proponens querelam nullitatis, ex can. 1620, n. 7, «[per] dichiarare la nullità insanabile del suo decreto 28 ottobre '04, per violazione del diritto di difesa»; b) petens ut concederetur «in sanatoria al ricorrente un termine di almeno un mese per avanzare i “*motiva recursus*” mai proposti in sede libellare in unico contesto e con l'aiuto e l'assistenza di un difensore tecnico»; c) utque admitteretur «“*ad discepta[t]ionem*” il ricorso avanti alla Plenaria, perché ne vengano, in tutto o in parte, accolti i motivi di censura dedotti, provvedendosi come di giustizia sulle spese giudiziali e sul risarcimento dei danni, ex can. 128».

Quaestionibus propositis rite discussis, nostrum Collegium hisce nunc respondere debet ac respondet dubiis:

An constet de nullitate insanabili decreti in Congressu diei 28 octobris 2004 lati;

et quatenus negative ad primum:

An reformandum sit decretum in Congressu diei 28 octobris 2004 latum.

II. IN IURE ET IN FACTO

A. Quaestio praeliminaris de querela nullitatis

2. Contendit Rev.dus Recurrens querelam nullitatis adversus Congressus decretum, quo recursus reiciebatur utpote manifeste fundamento carens, cumulari non posse cum recursu ad Collegium adversus idem decretum atque de querela nullitatis in primis in ipso Congressu vi-

Contra ese decreto interpuso recurso al Colegio de Padres la ilustre Patrona de la parte recurrente: a) interponiendo querrela de nulidad, basada en el c. 1620,7º, «[para] declarar la nulidad insanable de su decreto de 28 de octubre de 2004, por violación del derecho de defensa»; b) pidiendo que se concediera «en sanatoria al recurrente un plazo de al menos un mes para avanzar los *motiva recursus* nunca propuestos en el libelo en único contexto y con la ayuda y la asistencia de un defensor técnico»; c) y que se admitiera «*ad discepta[t]ionem* el recurso ante la Plenaria, para que sean acogidos, en todo o en parte, los motivos de censura aducidos, proveyéndose como es de justicia sobre las costas judiciales y sobre el resarcimiento de daños, conforme al c. 128».

Tras examinar debidamente las cuestiones propuestas, nuestro Colegio ahora debe responder y responde a los siguientes *dubia*:

Si consta la nulidad insanable del decreto dado en el Congreso del 28 de octubre de 2004;

Y, en la medida en que a este primer *dubium* se responda negativamente:

Si ha de reformarse el decreto dado en el Congreso del 28 de octubre de 2004.

II. IN IURE ET IN FACTO

A. Cuestión preliminar acerca de la querrela de nulidad

2. Sostiene el Rvdo. Recurrente que la querrela de nulidad contra el decreto del Congreso por el que se rechazaba el recurso como manifiestamente carente de fundamento no puede acumularse con el recurso al Colegio contra el mismo decreto, y que ha de verse en primer lugar, en el mismo Congreso, acerca de la querrela de nulidad, quedando en suspenso el estudio del recurso

dendum esse, suspensa pertractatione ipsius recursus donec habeatur decisio definitiva ad ipsam querelam nullitatis quod attinet.

Normae speciales H.S.T., utique, expresse non cavent de querela nullitatis adversus Congressus decretum, sed, saltem ex analogia, normae generales de querela nullitatis adversus sententiam ad casum applicari possunt, prae oculis tamen habito quod non agitur de impugnata sententia, sed de impugnato decreto reiectionis recursus in Congressu lato. Cum autem nullitatis querela simul cum recursu ad Collegium proposita sit, censent infrascripti Patres eam tractandam esse uti quaestionem praeliminarem (cf. can. 1625).

3. Querela nullitatis a Rev.do Recurrente exhibetur ob assertum denegatum ius defensionis (cf. can. 1620, n. 7), tam propter dilationem communicationis decreti quo Patronus ex officio nominatus erat, quam ob eius assertam negligentiam in munere defensionis explendo, ita ut ipse Recurrens non potuisset tradere ante Congressum argumenta et documenta necessaria ad decretum Congregationis pro Clericis impugnandum.

Hoc argumentum in primis nullius momenti censetur, quia status processualis ante Congressum, i. e. a die in quo recursus exhibetur usque ad terminum pro exhibitione actorum et documentorum, requirit solummodo ut pars recurrens acta et documenta ad rem pertinentia per Patronum producere atque eadem per eius memorialia aptis argumentis illustrare valeat, ita ut recursus contra alicuius decreti singularis administrativi legitimitatem fumo boni iuris

hasta que haya una decisión definitiva sobre la querrela de nulidad.

Las *Normae speciales* de este Supremo tribunal, ciertamente, no se ocupan de la querrela de nulidad contra un decreto del Congreso, pero, al menos por analogía, pueden aplicarse al caso las normas generales sobre la querrela de nulidad contra una sentencia, teniendo en cuenta, sin embargo, que no se trata de la impugnación de una sentencia, sino de la de un decreto de rechazo de un recurso dado en el Congreso. Pero puesto que la querrela de nulidad se ha interpuesto junto con el recurso al Colegio, los Padres abajo enumerados consideran que ha de tratarse como una cuestión preliminar (cfr. c. 1625).

3. El Rvdo. Recurrente interpone la querrela de nulidad porque afirma que se le ha denegado el derecho de defensa (cfr. c. 1620,7º), tanto a causa del retraso en la comunicación del decreto con el que se había nombrado Patrono de oficio, como por la pretendida negligencia de este en el cumplimiento del deber de defensa, de tal modo que el Recurrente no pudo aportar ante el Congreso los argumentos y documentos necesarios para impugnar el decreto de la Congregación para el Clero.

Ante todo, se considera que este argumento no tiene ningún peso, porque el estado procesal ante el Congreso, es decir: desde el día en que se presenta el recurso hasta el término para la presentación de actos y documentos, requiere solamente que la parte recurrente pueda presentar los actos y documentos pertinentes a la cuestión a través del Patrono e ilustrarlos con argumentos adecuados por medio de los memoriales de este, de tal modo que el recurso contra la legitimidad de algún decreto singular administrativo no parezca carecer de *fumus boni iuris*. Además, en esos memoriales ante nues-

non carere appareat. Praeterea in illis memorialibus penes N.S.T., recurrens «instare potest ut facultas ipsi fiat exhibendi ulteriora documenta in sui defensionem» (*Normae speciales*, art. 114, § 3). Ad rem autem recolendum est id quod Exc.mus H.S.T. Secretarius, litteris diei 9 iulii 2004 (tribus scilicet mensibus ante celebrationem Congressus), Rev.do N. detulit: «Qualora Lei ritenga che il ritardo nella conoscenza del suddetto decreto Le abbia nociuto in qualche modo, potrà, tramite il Suo Patrono d'ufficio, chiedere motivatamente proroga dei termini processuali». Ex actis eruitur, ceterum, quod Rev.dus Recurrens contra Auctoritatem ecclesiasticam longe lateque argumentare potuit necnon exhibere documenta quae voluit, excepta relatione de visitatione pastoralis a decessore Rev.mi Ordinarii peracta. Momentum, vero, non habet illa relatio, quae Rev.do Recurrenti favorabilis dicitur, quia posterioris remotionis motiva, factis notoriis innixa, subruere non potest.

Memorare demum iuvat querelam nullitatis admitti posse solummodo si in itinere processuali denegata fuit actorum vel documentorum exhibitio ex quibus reapse erui posset remotionis motiva longe a vero abesse, id quod in casu non datur.

Infrascripti Patres ergo censuerunt querelam nullitatis esse reiciendam et de facto eam reiciunt.

B. De ipso recurso adversus decretum Congressus diei 28 octobris 2004

4. Quoad recursum ad Collegium Patrum contra Congressus decretum, Cl.ma partis recurrentis Patrona fere ex integro

tro Supremo Tribunal el recurrente «puede solicitar que se le dé la facultad de presentar otros documentos más en su defensa» (*Normae speciales*, art. 114 § 3). A este respecto hay que recordar lo que transmitió el Excmo. Secretario de este Supremo Tribunal al Rvdo. N. en carta de 9 de julio de 2004 (esto es, tres meses antes de la celebración de Congreso): «Si Usted considerase que el retraso en el conocimiento del decreto mencionado le ha perjudicado de algún modo, podrá, a través de su Patrono de oficio, pedir motivadamente prórroga de los términos procesales». De los autos se desprende, por lo demás, que el Rvdo. Recurrente pudo argumentar amplia y prolongadamente contra la Autoridad eclesiástica y presentar los documentos que quiso, excepto la relación de la visita pastoral llevada a cabo por el antecesor del Rvdmo. Ordinario. Pero esa relación, que se dice que es favorable al Rvdo. Recurrente, no tiene importancia, porque no puede contrarrestar los posteriores motivos de la remoción, fundada en hechos notorios.

Por último es útil recordar que la querrela de nulidad puede admitirse solamente si en el curso del proceso fue denegada la presentación de actos o documentos de los que realmente pueda inferirse que los motivos de la remoción estaban muy alejados de la verdad, lo cual no se da en el caso.

Por consiguiente, los Padres enumerados más abajo han estimado que la querrela de nulidad debe rechazarse y, en efecto, la rechazan.

B. Sobre el recurso contra el decreto del Congreso de 28 de octubre de 2004

4. Por lo que se refiere al recurso al Colegio de Padres contra el decreto del Congreso, la ilustre Patrona del recurrente propone de nuevo casi en su totalidad los ar-

argumenta iam exhibita in memoriali pro Congressu denuo proponit, ideoque arduum videtur a conclusione eiusdem Congressus recedere. Absonum enim apparet adversus Congressus decretum ad Collegium recurrere, quin insimul novae rationes adducantur contra motiva impugnatu Congressus decreti.

5. Arguit, in primis, Cl.ma Recurrentis Patrona copiose in suo memoriali diei 17 februarii 2005 Rev.mum Ordinarium legem tam in procedendo quam in decernendo violasse, cum hic confudisset proceduram amotionis cum procedura privationis ab officio parochi, eo quod ipse ob delictum inoboedientiae (cf. can. 1371, n. 2), non autem ob ecclesisticae communionis grave detrimentum vel perturbationem, Rev.dum Recurrentem punire voluisset.

Iuxta Cl.mam Patronam, decretum amotionis indolem remedii poenalis indueret et hoc probaretur verbis sive primi moniti diei 13 octobris 2000 («per evitare il ricorso a sanzioni canoniche») sive secundi moniti diei 8 iunii 2001 («Il prossimo mio intervento non sarà più di ammonizione, ma di sospensione da atti connessi con la potestà di Ordine fino a nuova disposizione»). Id confirmaretur, quia simul cum secundo monito Rev.do Recurrenti imposita fuit, ad normam can. 1340 §§ 1 et 3, aliqua poenitentia et post amotionem Rev.mus Ordinarius nullum aliud officium Rev.do Recurrenti contulit. Incautus transitus igitur ab itinere poenali ad viam administrativam factus esset, privans Rev.dum N. —ita Cl.ma Patrona— iure defensionis, «quod coram iudice poenali vindicare potuisset, non autem perdurante procedura amotio-

gumentos ya aportados en el memorial para el Congreso, y por ello parece difícil apartarse de la conclusión del mismo Congreso. En efecto, resulta extraño recurrir al Colegio contra un decreto del Congreso sin proponer nuevas razones contra los motivos del decreto impugnado.

5. En primer lugar, la ilustre Patrona del Recurrente, en su memorial de 17 de febrero de 2005, arguye de manera abundante que el Rvdo. Ordinario violó la ley tanto en el procedimiento como en la decisión, ya que aquí confundió el procedimiento de remoción con el procedimiento de privación del oficio de párroco porque había querido castigar al Rvdo. Recurrente por un delito de desobediencia (cfr. c. 1371,2º), no por grave detrimento o perturbación de la comunión eclesíastica.

Según la ilustre Patrona, el decreto de remoción tendría el carácter de remedio penal, y esto se probaría por las palabras, tanto de la primera amonestación, del 13 de octubre de 2000 («para evitar el recurso a sanciones canónicas»), como de la segunda, del 8 de junio de 2001 («Mi próxima intervención no será ya de amonestación, sino de suspensión para realizar actos conexos con la potestad de orden hasta nueva disposición»). Lo confirmaría el hecho de que, junto con la segunda amonestación, al Rvdo. Recurrente le fue impuesta, conforme al c. 1340 §§ 1 y 3, una penitencia; y tras la remoción el Rvdo. Ordinario no confirió al Rvdo. Recurrente ningún otro oficio. Así pues, se habría producido un incauto tránsito desde el itinerario penal a la vía administrativa, privando al Rvdo. N. —sostiene la ilustre Patrona— del derecho de defensa, «que se habría podido reivindicar ante el juez penal, pero no durante el procedi-

nis, quae etiam “*citra culpam*” pronun-
ciari potest (cfr. can.1740)».

Cui argumentationi adhaerere ne-
quimus. Re quidem vera:

- Nostrum non est investigare de intentione subiectiva Rev.mi Ordinarii, sed nonnisi perpendere an decretum a Congregatione pro Clericis latum, quo eius decretum amotionis tamquam legitimum confirmatum est, legem violaverit.
- Uti recte affirmat decretum Congressus, liquet ex actis decisionem Rev.mi Ordinarii diei 22 novembris 2002 respicere non privationem officii sed amotionem ab eo («compiuta l’istruttoria a norma dei cann. 1742-1745 del CJC., e tutto esaminato insieme con i due Parroci a ciò designati, DECRETO la tua RIMOZIONE dall’Ufficio di Parroco di S. Giacomo Apostolo»), adductis solidis motivis pro amotionis causa, quae ad normam can. 1741, n. 1 sufficit ad amotionem decernendam.
- Nec potest affirmari Rev.mum Ordinarium in errorem cecidisse, eo quod in itinere controversiae Rev.dus Recurrens, die 13 octobris 2000 et die 8 iunii 2001, monitus fuerat, nam illo tempore «la procedura vera e propria per la rimozione dalla Parrocchia non [era] ancora cominciata», uti explicite in litteris die 6 aprilis 2002 ad Rev.dum Recurrentem datis scripsit Rev.mus Ordinarius, qui dein, die 14 octobris 2002, significavit Rev.do Recurrenti quod «dopo tutte le ammonizioni formali e non, affinché tu tornassi interamente ai tuoi obblighi sacerdotali, non dovrebbe ritenersi ulteriormente necessario ripetere nuo-

miento de remoción, que puede pronun-
ciarse incluso *citra culpam* (cfr. c. 1740)».

No podemos adherirnos a esta argu-
mentación. En realidad:

- Nuestro cometido no es investigar acerca de la intención subjetiva del Rvdm. Ordinario, sino solamente considerar si el decreto dado por la Congregación para el Clero, con el que se confirmó como legítimo su decreto de remoción, violó la ley.
- Como bien afirma el decreto del Congreso, resulta claramente de los autos que la decisión del Rvdm. Ordinario de 22 de noviembre de 2002 se refería, no a la privación de oficio, sino a la remoción («llevada a cabo la instrucción conforme a los cc. 1742-1745 del CJC, y examinado todo junto con los dos párrocos designados para ello, DECRETO tu REMOCIÓN del Oficio de Párroco de Santiago Apóstol»), aduciendo sólidos motivos para una causa que, conforme al c. 1741,1º, es bastante para decretar la remoción.
- Y no puede afirmarse que el Rvdm. Ordinario cometiera un error por el hecho de que en el curso de la controversia el Rvdo. Recurrente fuera amonestado el 13 de octubre de 2000 y el 8 de junio de 2001, pues en ese momento «el procedimiento verdadero y propio para la remoción no [había] empezado todavía», como escribió explícitamente, en carta al Rvdo. Recurrente de 6 de abril de 2002, el Rvdm. Ordinario, que más adelante, el 14 de octubre de 2002, significó al Rvdo. Recurrente que «después de todas las amonestaciones, formales y no formales, para que tú volvieras a tus obligaciones sacerdotales por entero, no debería considerarse necesario repetir to-

ve formali ingiunzioni», et, in litteris diei 19 februarii 2003 Congregationi pro Clericis missis, clare explanavit «che queste ammonizioni fossero un atto preparatorio della decisione di dimissione di Don N. non poteva equivocarle e non l'ha mai neppure equivocato; del resto, nell'invitarlo ad esaminare le prove contro di lui raccolte, si faceva chiaramente richiamo ai cann. 1741,1 et 1745, che riguardano precisamente la procedura di rimozione».

- Ideoque, quamvis forsitan aliquae locutiones Rev.mi Ordinarii sub aspectu technico haud exquisitae fuissent, tamen requisita ratio procedendi ab eo observata est. Non sustinetur exinde parti recurrenti ius defensionis denegatum esse, eo quod Rev.mus Ordinarius ad amotionem ab officio processit et non ad causam poenalem privationis.

6. Neque retineri potest, sicut affirmat in suo memoriali Cl.ma partis recurrentis Patrona, Rev.mum Ordinarium alium gravem errorem in procedendo commisisse, violando ius defensionis Rev.di Recurrentis, qui est membrum consilii presbyteralis, cum Rev.mus Ordinarius hanc circumstantiam respicere debuisset, «saltem consultando alios sacerdotes extra consilium presbyterale munere sacerdotali et pastoralis in dioecesi fungentes, si tres laicos a Rev. Recur[r]ente propositos audire noluit». Illos tres laicos Rev. N. explicitamente tamquam arbitros proposuit, quia «i Rev.mi Parroci Consultori, [...] mi hanno come il fumo agli occhi».

Ordinarius autem nulla obligatione tenebatur ad assentiendum tali petitioni vel ad audiendos alios sacerdotes praeter

avía nuevas órdenes formales»; y el 19 de febrero de 2003 explicó claramente, en carta enviada a la Congregación para el Clero, «Don N. no podía interpretar equivocadamente estas amonestaciones –y de hecho nunca las interpretó así–, como si fueran un acto preparatorio de la decisión de expulsión [*dimissione*]; por lo demás, al invitarlo a examinar las pruebas reunidas en su contra, se hacía claramente referencia a los cc. 1741,1º y 1745, que se refieren precisamente al procedimiento de remoción».

- Por tanto, el Rvdm. Ordinario respetó el procedimiento requerido, aunque quizá algunas de sus expresiones no fueran exquisitas desde el punto de vista técnico. No se sostiene, pues, que, porque el Rvdm. Ordinario procedió a la remoción del oficio y no a una causa penal de privación, se denegara a la parte recurrente el derecho de defensa.

6. Tampoco puede considerarse, como afirma en su memorial la ilustre Patrona de la parte recurrente, que el Rvdm. Ordinario cometió otro grave error de procedimiento, violando el derecho de defensa del Rvdo. Recurrente, que es miembro del consejo presbiteral, puesto que habría debido tener en cuenta esa circunstancia, «al menos consultando a otros sacerdotes, fuera del consejo presbiteral, que ejercen la función sacerdotal y pastoral en la diócesis, si no quería oír a los tres laicos propuestos por el Rvdo. Recurrente». El Rvdo. N. había propuesto explícitamente a esos tres laicos como árbitros, porque «los Rvdms. Párrocos Consultores, [...] me tienen como humo en los ojos». Pero el Ordinario no tenía ninguna obligación de asentir a esa petición o de oír a otros sacerdotes fuera de los que el derecho prevé. Por consiguiente, ni el Rvdm. Ordinario ni la Congre-

illos de quibus in iure, ideoque hanc ob causam nec Rev.mus Ordinarius nec Congregatio pro Clericis, quae decretum amotionis confirmavit, legem violaverunt.

7. Asseritur quoque pro Rev.do Recurrente haberi errorem in decernendo, quia «certo certius Rev. N. qua parochus bonam existimationem penes probos et graves paroecianos numquam amisit», atque iniuste et haud recte can. 1741, n. 1 in casu adhibitum esse, eo quod laesio communionis ecclesiasticae non daretur nisi ob haeresiam, schisma vel apostasiam (cf. can. 751) seu rationes doctrinales, minime vero ob «mod[um] forsitan exag-gerat[um] sese gerendi Rev. N.».

Quam argumentationem Cl.mae Patronae non sustineri opinamur. Etenim:

- Non agitur de amotione ipso iure ab officio ecclesiastico Rev.di Recurrentis propter delictum contra fidem catholicam aut communionem Ecclesiae, vi can. 194 § 1, n. 2.

- Neque agitur de eius bonae existimationis amissione penes aliquos paroecianos, qui certe non defuerunt, uti ex actis processus probari potest.

- Reapse decreta est amotio ad normam can. 1741, n. 1, quia usitatus atque impudens modus agendi Rev.di N. grave causaverat detrimentum communionis ecclesiasticae eiusve perturbationem. In actis prostant abundantissime elementa, quorum vi communio ecclesiastica periclitata erat ex provocatoriis declarationibus Rev.di Recurrentis contra magisterium Ecclesiae, eiusve litibus cum Auctoritate ecclesiastica atque clero dioecesano, necnon ex eius participatione politicis manifestationibus et quibus grave scandalum evenerat. Legitima ergo considerari debet –ut affirmat

gación para el Clero, que confirmó el decreto de remoción, violaron la ley por esta causa.

7. Se afirma también, en favor del Rvdo. Recurrente, que existe un error *in decernendo*, porque «con toda certeza, el Rvdo. N, en cuanto párroco, nunca perdió la buena fama a los ojos de los feligreses honrados y prudentes», y que se aplicó al caso injusta y erradamente el c. 1741,1º, porque no habría lesión de la comunión eclesiástica más que por herejía, cisma o apostasía (cfr. c. 751), o por razones doctrinales, pero no por «un modo quizá exagerado de conducirse el Rvdo. N.».

Opinamos que esta argumentación de la ilustre Patrona no se sostiene. En efecto:

- No se trata de remoción *ipso iure* del oficio eclesiástico del Rvdo. Recurrente por un delito contra la fe católica o contra la comunión de la Iglesia, en virtud del c. 194 § 1,2º.

- Ni se trata tampoco de la pérdida de su buena fama a los ojos de algunos feligreses, que por cierto no faltó, como consta en autos.

- Realmente se decretó la remoción conforme al c. 1741,1º porque el modo de actuar acostumbrado y desvergonzado del Rvdo. N. había causado grave detrimento o perturbación de la comunión eclesiástica. Se contienen en los autos abundantísimos elementos que muestran que la comunión eclesiástica había estado en peligro por causa de las declaraciones provocadoras del Rvdo. Recurrente contra el magisterio de la Iglesia o de sus pleitos con la Autoridad eclesiástica y el clero diocesano, así como por su participación en manifestaciones políticas que habían producido grave escándalo. Por tanto debe considerarse legítima –como afirma el decreto del Congreso– «la valo-

decretum Congressus— «aestimatio Ordinarii et Congregationis pro Clericis circa perturbationem ac detrimentum communionis ecclesiasticae» ex parte Rev.di Recurrentis.

8. Quae cum ita sint, in casu dicendum est non constare de violatione legis in procedendo vel decernendo, tam ex parte Rev.mi Ordinarii, quam ex parte Congregationis pro Clericis, quae decretum amotionis ab officio parochi confirmavit.

9. Postremo, quaestio de damnis, attentis supra dictis, non amplius proponitur (cf. Const. Ap. *Pastor bonus*, art. 123, § 2).

III. CONCLUSIO

10. Omnibus sive in iure sive in facto aequè rimatis, infrascripti Patres pro Tribunali sedentes ac solum Deum prae oculis habentes, dubiis propositis respondendum decreverunt ideoque facto respondent:

Negative, seu decretum in Congressu diei 28 octobris 2004 latum non esse reformandum.

Solvatur Cl.mae Rev.di Recurrentis Patronae ex arca H.S.T. congruum honorarium. Pars vero resistens suo Cl.mo Patrono honorarium solvat.

Ita pronuntiamus ac statuimus, mandantes iis quorum interest, ut hoc Nostrium definitivum decretum executioni tradant, ad omnes iuris effectus.

Datum Romae, e sede Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis, die 3 decembris 2005.

(Signati) Ioannes Ludovicus Card. Tauran

† Augustinus Vallini, *Praefectus et Ponens*

ración del Ordinario y de la Congregación para el Clero acerca de la perturbación y daño de la comunión eclesíastica» por parte del Rvdo. Recurrente.

8. Siendo así las cosas, se ha de decir que en el caso no consta la violación de ley en el procedimiento o en la decisión, ni por parte del Rvdo. Ordinario ni por parte de la Congregación para el Clero, que confirmó el decreto de remoción del oficio de párroco.

9. Por último, teniendo en cuenta lo dicho, ya no se propone la cuestión de los daños (cfr. Const. Ap. *Pastor bonus*, art. 123 § 2).

III. CONCLUSIÓN

10. Habiendo considerado convenientemente todas las cuestiones de hecho y de derecho, los Padres que se enumeran más abajo, constituidos en Tribunal y teniendo en cuenta solo a Dios, han decretado que debían responder, y en efecto responden a los *dubia* propuestos:

Que no consta la nulidad insanable del decreto dado en el Congreso del 28 de octubre de 2008;

Negativamente, es decir, que no se ha de reformar el decreto dado en el Congreso del 28 de octubre de 2008.

Páguense los honorarios de la ilustre Patrona del Rvdo. Recurrente de las arcas de este Supremo Tribunal. La parte resistente pague a su ilustre Patrono.

Así lo pronunciamos y establecemos, mandando a todos los interesados que ejecuten este Nuestro decreto definitivo, a todos los efectos jurídicos.

Dado en Roma, sede del Tribunal Supremo de la Signatura Apostolica, el día 3 de diciembre de 2005.

(Siguen los nombres y firmas de los Jueces)

† Eduardus Davino
† Henricus Mussinghoff
† Xaverius Echevarría Rodríguez
Notificetur.

Die 17 februarii 2006.

† Velasius De Paolis, C.S., *Secretarius*
Paulus Malecha, *vices Praepositi Can-*
cellariae gerens

Notifíquese
17 de febrero de 2006
(Siguen el nombre y firma del Secreta-
rio y los del Canciller en funciones)